

hæc seruilis moderator obsequi, cui cura uel adolēdi penates, uel struēdi penū, E & domesticorū actuū ministros regendi, admonet dñm, familiam pro solennitate annui moris epulatā. Hoc em̄ festo, religiosæ domus prius famulos instructis tanq̄ ad usum dñi dapibus honorāt, & ita demum p̄issimiliās mēse appa- ratus nouat. Insinuat ergo p̄sul famulitij, cœnæ tēpus & dños iam uocare. Tū Prætextatus: Reseruandus ergo est Vergilius noster ad meliorē partē diei, ut mane nouū inspiciendo p̄ ordinē carmini destinemus. Nunc hora nos admo- net, ut honore uestro hæc mensa dignetur. Sed & Eustachius, & post hunc Ni- comachus meminerint, craftina disertatione seruari sibi anteloquū functionē. Et Flauianus: Ex placita iam uos lege conuenio, ut sequenti die penates mei be- ari se tanti coetus hospitio glorientur. His cum om̄es assensi essent, ad cœnam, alio aliud de his quæ inter se contulerant reminiscēte approbantēq̄, cum ma- gna alacritate animi concesserunt.

FINIS PRIMI LIBRI.

Facile hic primi huius libri finis ostendit, quā multa in sequentibus desiderentur. Quota enim pars de rhe- toricis obseruationibus extat? Vbi de scientia iuris auguralis ulla fit mentio? Ut ne dicam interim, quā mul- ta desint & reliquorum, quā confusa omnia sint, uti suis locis sumus indicaturi.

MACROBII AVRELI

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV

stris Saturnaliorum liber secundus.

Qua occasione de iocis ac dictarijs ueterum, sermo ortus fuerit inter conuiuas. Caput .I.



IC VBi modestus edendi modus cessare fecit castimoniā fercu- lorū, & conuiualis lætitia minusculis poculis oriebat̄, Auienus ait: Bene ac sapienter Maro noster tumultuosum ac sobriū uno eodemq̄ uersu descripsit sub paucorū uerborū immutatione cō- uiuiū. Nam ubi sub apparatu regio procedere solet luxus ad strepitū, Postq̄ prima, inqt, q̄es epulis: at cū heroes castigatis dapibus assidunt, non reducit quietem, quia nec præcessit tumultus: sed inqt: Postq̄ exempta fames epulis. N̄m hoc conuiuiū, qd̄ & heroici seculi pudicitia, & n̄ri ^{senilis} conduxit elegantiam, in q̄ splendor sobrius & diligēs parsimonia, Agathonis cōuiuio, uel post ma- gniloquentiā Platonis non cōponere tm̄, sed nec p̄ferre dubitauerim. Nā ipse rex mēse, nec in moribus Socrate minor, & in rep. philosopho efficacior. Cæ- teri q̄ adestis, eminentiores estis ad uirtutū studia, q̄ ut poëtis, comicis, & Alci- biadi, q̄ tm̄ fuit fortis ad crimina, alijsq̄ q̄bus frequens illud conuiuium fuit, uos q̄sq̄ existimet cōparandos. Bona v̄ba q̄so, Prætextatus ait, circa reueren- tiam tm̄ Socraticæ maiestatis. Nā reliqs q̄ in illo fuerūt symposio, hæc lumina q̄s nō p̄ponēda cōsentiat: Sed q̄sum tibi Auiene hoc tēdit exemplū: Quia sub illorū, inqt, sup̄cilio nō defuit, q̄ psaltriā intromitti peteret: ut puella ex industria sup̄ naturā mollior, canora dulcedine et saltationis lubrico exercebat illecebris phōphantes. Illic hoc fieri tētātū ē, ut Agathōis uictoria celebraret̄. nos honorē dei cui hoc festū ē, nullo admixtu uoluptatis augem⁹. nec ego sū nesci⁹, uos nec tristitiam